



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 98. Ludovici XII. Oratores ad Lateranense Concilium missi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

tinam de Vicecomitibus aviam tuam Sæcul. XVI.
A.C. 1513.
spectat, hæreditariam possessionem succurrissent, ac propterea nulla eos censura perstrinxit, quamvis ejus prædecessor illos tam spirituali, quam temporali gladio ex fœderis lege persequi compulsus fuisset; Leo tamen Franciæ fautores veneratur, etiam illos, quos Sedes Apostolica tanquam hostes suos olim declaraverat: hinc omnis querendi causa mox tolletur, quamprimum Rex Pisanum conciliabulum tueri cessabit; ab hoc enim ante omnia concordiæ auspiciis omnino petendum est.

§. XCVIII.

Ludovici XII. Oratores ad Lateranense Concilium missi.

Ad hæc Ludovicus XII. a Regina conjugæ suæ, quæ summis Pontificibus, sedique Apostolicæ filiali semper obsequio addicta erat, sollicitatus, Papæ votis cessit, persuasus (*) quod ab illo temporis

(*) Ludovicus Galliarum Rex in literis, quas Lateranensi Synodo porrigi jussit, testatur, se solo Religionis zelo, atque instinctu adductum Lateranensi concilio adhærere, speretum, desideratam universalem fidelium pacem sub auspiciis Leonis Papæ præstito assuturam;

Hist. Eccles. Tom. XXXII. LI æ

Sæcul. XVI. A. C. 1513. poris articulo, quo ad Sedis Apostolicæ sententiam Pisanum conciliabulum detestaretur, Papa foedus cum illo initurus esset, ut ipse in Italia ditiones suas recuperare possit. Ergo in Senatu Regio decretum, diffidia ob Pisanum concilium Ecclesiam inter & Regem exorta tandem esse dirimenda. Hanc ob rem Claudius Seyffelius Massiliensis Episcopus, & Ludovicus Forbinus tanquam Regis Legati Romam ad Synodum

ac propediem unanimi Christianorum Principum consensu arma in fidei hostes convertenda. *Spondanus vero refert, eundem Regem non spe recuperandæ ditiosis alleclum decrevisse Pontifici in Concilii Pisani abdicatione assentiri, sed ad id maxime inductum fuisse unanimi populorum suorum desiderio, Ecclesiæ Romani reconciliare summo opere cupientium, atque Annæ Reginæ, quæ semper ab his dissidiis alienissima fuerat, precibus. Aliam rationem cum Raynaldo, aliisque indigitat Paulus Jovius in vita Leonis X. lib. 3. Ludovicus, inquit, multiplici rerum suarum periculo magnopere commoveri, sæpe æstuare animo, consilioque, arbitrari ante omnia sibi divinitus ea infligi vulnera, & alias super alias parari clades, quod sacrosanctum Pontificem dico consilio, atque impiis armis fuisset persecutus.*

nodum ablegati sunt, eisque facta est po-
 testas, ut Lateranensi Concilio Regis no-
 mine adhærere possent.

Sæcul. XVI.

A. C. 1512.

§. XCIX.

*Nonnulli Cardinalium reconciliationi
obluſtantes.*

Quamprimum Romæ fama increbuit,
 quod Cinthius e sententia Pontifi-
 cis rem gessisset, ac Leo Regi pollicitus es-
 set, se Carvajalum & Sanseverinatem Car-
 dinales pristinis suis honoribus resti-
 tuturum, nonnulli, pauci tamen, huic con-
 silio obluſtabantur. Præprimis Cæsaris
 & Ferdinandi Regis Legati, quibus Car-
 dinales Eboracensis natione Anglus, &
 Sedunensis patria Helvetus accesserunt,
 promissæ reconciliationi sese opponebant,
 caussati, injuriam Julio II. irrogari, eo-
 quod ille hosce Cardinales omnino a fi-
 delium coetu segregare, necessarium ju-
 dicasset, jam vero nimiam veniæ facili-
 tatem maximam esse ajebant novæ re-
 bellionis illecebram. Leo Papa, li-
 cet fidei Galliarum Regi datæ tena-
 cissimus esset, palam tamen queren-
 tibus Legatis obsistere non audebat, sed
 tunc temporis duntaxat supplices horum
 Cardinalium literas, re adhuc indecisa,
 in Synodo perlegi jubebat, quamprimum
 vero Massiliensis Episcopus ac Ludovi-
 cus